

## DEDICATIO

pro meritis laudari nisi à doctissimis ne-  
queas. Addo, quod dicturos similiter con-  
jiciebam, libros à me rectius venundari  
posse, quam sic ornari. Et fecissent hæc fa-  
teor, ut proposito abstitissem, nisi omnem  
mihi metum sæpè mihi perspecta tua hu-  
manitas, tuaq; singularis dexteritas ex-  
cussissent, quâ piè facta vertere in bonum  
soles. Quâ igitur summâ Tui fiducia pos-  
sum, à te peto, Vir nobilissime, velis hoc  
rariorum Observationum volumen in re-  
cognitionem plenioris mei erga Te obse-  
qvii à me sic accipere, ut simul partem  
gratiarum, quarum ingentem cumulum  
Tibi Literæ debent, hoc est, laudum tua-  
rum à me accipias, istudque sub Nominis  
tui æstimatissimi umbone prodire permit-  
tas. De cetero sic habe, quicquid cum  
Borellianis & Cattierianis ante hos sex an-  
nos meis sumtibus seorsim exscriptis,  
nunc simul apparet, id illis ex semel im-  
pressis codicibus annectendum mihi omne  
ab Excellentissimo & Experientissimo Vi-  
ro Dn. D. Michaele Ettmüllero, optimo